Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit multum fructum. Qui amat animam suam perdet eam. Et qui odit animam suam in hoc mundo in vitam eternam custodit eam. Si quis mihi ministrat me sequatur. Et ubi ego sum illic et minister meus erit. Si quis mihi ministraverit honorificabit eum pater meus. Nunc anima mea turbata est. Et quid dicam? Pater salvifica me ex hac hora. Sed propterea veni in hanc horam. Pater clarifica tuum nomen. Venit ergo vox de celo. Et clarificavi. Et iterum clarificabo. Ergo que stabat et audierat dicebat tonitrum factum esse. Alii dicebant angelus ei locutus est. Respondit ihesus et dixit. Non propter me vox hec venit sed propter vos. Nunc iudicium est mundi. Nunc princeps huius mundi eiicietur foras. Et ego si exaltatus fuero a terra omnia traham ad me ipsum. Hoc autem dicebat significans qua morte esset moriturus. Nos audivimus ex lege quia xpc manet in eternum. Et quomodo tu dicis oportet exaltari filium hominis? Quis est iste filius hominis? Dixit ergo eis ihesus. Adhuc modicum lumen in vobis est. Ambulate dum lumen habetis. Ut non tenebre vos comprehendant. Et qui ambulat in tenebris nescit quo vadat. Dum lumen habetis credite in lumen. Ut filii lucis sitis. Hec locutus est ihesus et abiit et abscondit se abeis. Isia vi. loco Jeremie. Ihesus

In diebus illis. Dixit Jeremias. Due demonstrasti mihi et cognovi. Tu ostendisti mihi studia eorum. Et ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimam. Et non cognovi quia cogitaverunt super me consilia dicentes.